



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Henrici Canisi[i] Noviomagi, Belgæ, Jn Academia
Ingolstadiensi SS. Canonum Profess. Ordinarii & Primarii,
Opera Quæ De Ivre Canonico Reliqvit**

Canisius, Heinrich

Coloniae Agrippinae, 1662

In Tit. XLVIII. De Ecclesiis Ædificandis Vel Reparandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62169](#)

IN TIT. XLVI. DE OBSERVATIONE JEJUNIORUM.

Obseruatio quoque jejuniorum, sive eam
Sanctorum memoriā atque honorem,
sive alia ex causa ab Ecclesia indicta &
præcepta sunt, diligenter commendanda & re-
henda est, c. 2, b. t. Nisi incidat jejunium in diem
Dominicum, quod tunc transferendum est in

diem Sabbati præcedentem, c. 1, b. t. Si dies Na-
tivitatis Dominiæ occurset feria sexta, licetum
est omnibus carnes comedere, exceptis profectis
& voventibus, c. 3, b. tit. De jejuniorum origine
& observatione doctè Covarr. lib. 4, Variar. resl.
c. 20.

IN TIT. XLVII. DE PURIFICATIONE POST PARTUM.

Lege Mosaicâ mulier post partum, si masculu-
lum perperissit, arcebatur à templo per dies
40, si femellam 80, Levit. 12, can. 1, dist. 5,
Quodabrogatum lege Evangelii, quâ mulieri

statim atque enixa est, si velit, permittitur ingre-
di Ecclesiam; quamvis piè fecerit, si aliquantis
per abstinuerit, c. unico b. tit.

IN TIT. XLVIII. DE ECCLESIIÆ ÆDIFICANDIS VEL RE-
PARANDIS.

S U M M A R I A.

1. Ecclesia nova sine auctoritate Episcopi ædificari non potest.
2. Nec in prejudicium antiqua.
3. Qui ad reparacionem Ecclesia teneantur.

Spectat & ad Clericorum officium Ecclesia-
rum ædificandarum vel reparandarum cura.
* Ubi in primis norandum, nullam Eccle-
siam de novo ædificari posse nisi auctoritate E-
piscopi, qui, præmissa benedictione quadam loci
ad eam rem destinati, ibidem erucem figat, attri-
um publicè desiget, & dotem sufficientem ei-
dem adsignari cureret, can. Nemo Ecclesiam 9, De con-
fecr. dist. 1, Deinde novam Ecclesiam ædificari non
posse in prejudicium antiqua, can. Quicunque
44, XVI. qu. 1, Nisi hujus ita creverit paroecia, ut

una omnibus Ecclesiæ non sufficiat, vel ob loci
distantiam à paroecianis sine difficultate adiri
non possit. Quo casu portio quædam provenient
um veteris Ecclesiæ potest ad signari novæ in do-
tem; acquiriturque tunc Ecclesiæ matricij us pa-
tronatus in novam Ecclesiam, c. 3, & ult. b. tit.

Reparatio verò Ecclesiæ ruinosæ, primò quia
dem ex fabrica, id est æx ratio ad Ecclesiæ instau-
rationem instituto, procuranda est. Si æxarium
non sufficiat, tunc Rectores Ecclesiæ & qui-
cumque ibidem beneficia obtinent, ad reparati-
onem cogi possunt, c. 1, & 4, b. t. Si nihil his ultra
commodam sustentationem superfit, in illorum
defectum paroeciani ad conferendos jucam rem
sumptus necessarios cogendi sunt. Vide Conc.
Trid. Seff. 27, c. 7, Dereform. D. Peck tract. De re-
parandis Eccles. & D. Zipæum de Iure Pont. novo h.
tit. V. A.

IN TIT. XLIX. DE IMMUNITATE ECCLESiarVM, COEMETERII, ET
RERUM AD EA& PERTINENTIUM.

S U M M A R I A.

1. Immunitas quid sit.
2. Munus quid. & quotplex.

Immunitas hoc loco nihil aliud est, quam va-
catio munorum, sive, ut explicatius loquar,
remissio à jure concessa ad non subcundam mu-

nera, l. Munus 18, D. De verb. sig. quo modo accipitur
in ist. D. de jure immunit. * Tribus autem modis 2.
munus accipitur: uno, pro dono, unde munera
dari, mitti, dicuntur: altero, pro onere, utsunt
turca, cura, præstationes vestigialium, aliarum
que terum: terrio, pro officio; & hinc munera
militaria, quod etiam referuntur decurionatus,
magistratus municipales, & ea officia, quæ cum
alijs